Nauplii marini. Meer-Schiff-Kuttel.

Sunt Teſtacea marina monothalamia externè ſtriata, horizontaliter, ſeu tranſverſim in ſe convoluta, unâ ſpirâ parvâ externè, ac ſuperiùs eminente, puppimq; conſtituente donatâ, reliquâ cavitate proram formante ampliſſimâ exiſtente, et propè puppim, ſeu ſpiram duobus ſulcis ex utroq; latere uno inſtructa, perquos incluſus Polypus ſua brachia exerere ſolet ad remigandum, velum ſuum expandendum, atque cymbam dirigendam.

Nauplius marinus tenuis, ac legitimus. Rumph. t. 18. l.A.



Nauplius marinus tenuis ſtriatus ſtriis canaliculatis. Bonan. N°13.